

1 Translate into English. Write your translation on **alternate** lines.

The Roman army react to their recent surrender to the Samnites at the Caudine Forks. They blame the consuls for bringing disgrace upon them but are later shocked by their humiliating treatment.

redintegravit luctum in castris consulum adventus, ut vix ab eis abstinerent manus, quorum temeritate in eum locum deducti essent, quorum ignavia foedius inde quam venissent abituri: illis non ducem locorum, non exploratorem fuisse; beluarum modo caecos in foveam missos. alii alios intuebantur; contemplabantur arma mox tradenda et inermes futuras dextras obnoxiaque corpora hosti; proponebant sibi ipsi ante oculos ludibria victoris et vultus superbos et per armatos inermium iter, inde foedi agminis miserabilem viam per sociorum urbes, reditum in patriam ad parentes, quo saepe ipsi maioresque eorum triumphantes venissent. haec fremetibus hora fatalis ignominiae advenit: iam primum cum singulis vestimentis inermes extra vallum exire iussi; tum a consulibus abire lictores iussi paludamentaque detracta; tantam id inter eos qui paulo ante eos exsecrantes dedendos lacerandosque censuerant miserationem fecit, ut suae quisque condicionis oblitus ab illa deformatione tantae maiestatis velut ab nefando spectaculo averteret oculos.

Livy, *Ab Urbe Condita* 9. 5 (with alterations and omissions)

redintegro, -are (1): I renew
belua, -ae (f): wild beast
fovea, -ae (f): trap
obnoxius, -a, -um: subject (to)
ludibrium, -i (n): mockery
fremo, *fremere*, *fremui*: I complain, I lament
paludamentum, -i (n): cloak
exsecror, -ari (1): I curse
maiestas, -atis (f): dignity, authority

[Translation: 40]

[Style and fluency: 5]

[Total: 45]

- 2 (a) Translate into English. Write your translation on **alternate** lines.

Ovid gives advice to the lover: separation can be good, but not for too long. By his absence Menelaus allowed Helen to commit adultery with Paris.

cum tibi maior erit fiducia posse requiri,
 cum procul absenti cura futurus eris,
 da requiem: requietus ager bene credita reddit,
 terraque caelestes arida sorbet aquas.
 sed mora tuta brevis: lentescunt tempore curae,
 vanescitque absens et novus intrat amor.
 dum Menelaus abest, Helene, ne sola iaceret,
 hospitis est tepido nocte recepta sinu.
 quis stupor hic, Menelae, fuit? tu solus abibas,
 isdem sub tectis hospes et uxor erant.
 nil Helene peccat, nihil hic committit adulter:
 quod tu, quod faceret quilibet, ille facit.
 cogis adulterium dando tempusque locumque; 13
 quid nisi consilio est usa puella tuo? 14
 quid faciat? vir abest, et adest non rusticus hospes,
 et timet in vacuo sola cubare toro.
 viderit Atrides: Helenen ego crimine solvo:
 usa est humani commoditate viri.

Ovid, *Ars Amatoria* 2. 349-72 (with omissions)

requiro, requirere, requisivi, requisitum: I miss
requietus, -a, -um: rested, fallow
lentesco, lentescere: I weaken
commoditas, -atis (f): tolerance, forbearance

Menelaus, -i (m): Menelaus
Helene, -es (f) *acc. Helenen*: Helen (wife of Menelaus)
Atrides, -ae (m): son of Atreus (i.e. Menelaus)

[40]

- (b) Write out and scan lines 13 and 14 (*cogis ... tuo*) marking in the quantities, divisions between feet and main caesurae. [5]

[Total: 45]

BLANK PAGE

Permission to reproduce items where third-party owned material protected by copyright is included has been sought and cleared where possible. Every reasonable effort has been made by the publisher (UCLES) to trace copyright holders, but if any items requiring clearance have unwittingly been included, the publisher will be pleased to make amends at the earliest possible opportunity.

To avoid the issue of disclosure of answer-related information to candidates, all copyright acknowledgements are reproduced online in the Cambridge Assessment International Education Copyright Acknowledgements Booklet. This is produced for each series of examinations and is freely available to download at www.cambridgeinternational.org after the live examination series.

Cambridge Assessment International Education is part of Cambridge Assessment. Cambridge Assessment is the brand name of the University of Cambridge Local Examinations Syndicate (UCLES), which is a department of the University of Cambridge.